Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

siquid iustitiae misericordiae & pietatis recondere.
hoc tibi in futuro seculo erit cibus; numquid non ita
in euangelio legimus quia qui adquisiuit hic
decem talentia ibi accepit decem ciuitates. Et qui
adquisiuit quattuor. accepit quattuor ciuitates.
hoc est quod & paulum figuram apostolus dicit. qd
enim seminauerit homo hoc & metet. Quid ergo agimus
nos. qui amamur illud recondere quod corrumpitur
non quod permanet & perdurat in aeternum. Diuites
huius seculi ecce recondunt quia in hoc saeculo immo cum
saeculo corrumpent. si quis autem bonis operibus recon
dit. illa permanent usque in aeternum; Denique sic &
scriptum est quod qui infideles fuerunt seruauer
inquit de manna. & ebullierunt ex eo uermes &
computruit. Illud autem quod pro die sabbati repo
nebat. non est corruptum neque uermes ebullierunt
in eo sed permansit integrum; & tu ergo si propter
praesentem uitam tantum modo & propter amorem
saeculi thesauri tes. continuo uermes ebullient;
Quomodo uermes ebullient. audi de peccatoribus
& his qui praesens saeculum diligunt quaerit pro
phetica sententia; Uermis inquit eorum non morietur.
& ignis eorum non extinguetur; isti sunt uermes
quos generat auaritia. isti sunt uermes quos